

nemo, Eumene vivo, rex appellatus est, sed præfectus. Iidem, post hujus occasum, statim regium ornatum nomenque sumpserunt; neque, quod initio prædicarant, se Alexandri liberis regnum servare, præstare voluerunt, et, uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt. Hujus sceleris principes fuerunt¹ Antigonus, Ptolemæus, Seleucus, Lysimachus, Cassander. Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Hi militari honesto funere², comitante toto exercitu, humaverunt; ossaque ejus in Cappadociam ad matrem, atque uxorem liberosque ejus deportanda curarunt.

XIX.

FOCION,

ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Focion, hombre de bien y pobre. Rehusa los regalos que se le ofrecen.

Phocion, Atheniensis. Elsi sæpe exercitibus præfuit, summosque magistratus cepit³, tamen multo

¹ *Hujus sceleris principes fuerunt.* Los que mas se precipitaron en el delito de declararse por reyes.

² *Militari honesto funere.* Con los honores militares que correspondian.

³ *Cepit.* Obtuvo.

ejus notior integritas est vitæ, quàm rei militaris labor. Itaque hujus memoria est nulla; illius autem magna fama: ex quo cognomine *Bonus* est appellatus. Fuit enim perpetuò pauper, quum ditissimus esse posset propter frequentes delatos honores potestatesque summas⁴ quæ ei a populo dabantur. Hic quum a rege Philippo² munera magnæ pecuniæ repudiaret, legati que hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his faciliè careret³, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summâ paupertate tantam paternam tueri gloriam; his ille: « Si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus » illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin » dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum » ali augerique luxuriam⁴. »

CAPÍTULO II.

En su vejez Focion incurre en el odio de sus conciudadanos por haber tratado de entregar Atenas á Antipatro. Nicanor se apodera del puerto Pireo.

Idem quum prope ad annum octogesimum prosperâ pervenisset fortunâ, extremis temporibus magnum in odium pervenit suorum civium. Primò, quòd cum

⁴ *Potestatesque summas.* Y los mas altos empleos.

² *Philippo.* Padre de Alejandro.

³ *Si ipse his faciliè careret.* Si él se pasaba fácilmente sin ellos.

⁴ *Illorum ali augerique luxuriam.* Que se mantenga y crezca su fausto.

Demade⁴ de urbe tradendâ Antipatro consenserat; ejusque consilio, Demosthenes² cum ceteris, qui bene de republicâ meriti existimabantur, populiscito in exilium erant expulsi. Neque in eo solùm offenderat, quòd patriâ malè consuluerat, sed etiam quòd amicitia⁵ fidem⁵ non præstiterat. Namque, auctus adjutusque a Demosthene, eum quem tenebat ascenderat gradum, quum adversus Charetem⁴ eum subornaret. Ab eodem in judiciis, quum capitis causam diceret, defensus, aliquoties liberatus discesserat. Hunc⁵ non solùm in periculis non defendit, sed etiam prodidit. Concidit autem maximè uno crimine⁶, quòd, quum apud eum summum esset imperium populi, et Nicanorem, Cassandri⁷ præfectum, insidiari Piræo Atheniensium a Dercyllo moneretur, idemque postularet ut provideret ne comitatibus civitas privaretur, huic, audiente populo, Phocion negavit esse periculum, seque ejus rei obsidem⁸ fore pollicitus est. Neque ita multò

⁴ Demade. Démades fué orador de Atenas, antagonista de Demóstenes. Antes habia sido marinero.

² Demosthenes. Orador bien conocido en Atenas y en todo el mundo por sus célebres filípicas.

⁵ Amicitia⁵ fidem. La fe de amigo, deberes de la amistad.

⁴ Charetem. General que fué de los Atenienses; miraba mal á Demóstenes.

⁵ Hunc. A Demóstenes.

⁶ Concidit autem maximè uno crimine. El crimen que mas le infamo, fué, etc.

⁷ Cassandri. Este fué el que despues de la muerte de Alejandro se apoderó de la Macedonia.

⁸ Obsidem. Fiador.

post Nicanor Piræo est politus. Ad quem recuperandum quum populus armatus concurrisset, ille⁴ non modò neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem præesse voluit. [Sine quo Athenæ omnino esse non possunt.]

CAPÍTULO III.

Focion desterrado es puesto preso en Macedonia y entregado á los Atenienses.

Erant eo tempore Athenis duæ factiones; quarum una populi causam agebat, altera optimatum. In hac erant Phocion et Demetrius Phalereus²: harum utraque Macedonum patrocinii nitebatur. Nam populares Polysperchonti favebant; optimates cum Cassandro sentiebant. Interim a Polysperchonte Cassander Macedonia pulsus est. Quo facto populus superior factus, statim duces adversariæ factionis, capitis damnatos, patriâ propulit, in his Phocionem et Demetrium Phalereum: deque eâ re legatos ad Polysperchontem misit, qui ab eo peterent ut sua decreta confirmaret³. Huic eòdem profectus est Phocion. Quò ut venit, causam apud Philippum⁴ regem verbo, re ipsâ quidem apud Polysperchontem jussus est dicere; namque is tum regis rebus præerat. Hic

⁴ Ille. Focion.

² Phalereus. A este Demetrio erigieron los Atenienses mas de trescientas estatuas.

³ Ut sua decreta confirmaret. Que ratificase las determinaciones que acababa de tomar el pueblo.

⁴ Apud Philippum. Filipo Arideo, rey de Macedonia.

ab Agnonide¹ accusatus, quòd Piræum Nicanori prodidisset, ex consilii sententiâ in custodiam coniectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus, fieret iudicium.

CAPÍTULO IV.

Focion condenado á muerte : unos esclavos le dan sepultura.

Huc ubi perventum est, quum propter ætatem pedibus jam non valeret, vehiculoque portaretur, magni concursus sunt facti, quum alii, reminiscetes veteris famæ, ætatis misererentur, plurimi verò irâ exacerentur² propter proditiõnis suspiciõnem Piræi, maximè que quòd adversus populi commoda in senectute steterat. Quâ de re ne perorandi quidem ei data est facultas et dicendi causam. Inde iudicio, legitimis quibusdam confectis³, damnatus, traditus est undecimviris⁴, quibus ad supplicium, more Atheniensium, publicè damnati tradi solent. Hic quum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is quum lacrymans dixisset : « O quam indigna perpeteris, Phocion ! » huic ille, « At non inopinata, inquit; hunc enim » exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses. »

¹ *Agnonide*. Ateniense, grande enemigo de Focion.

² *Legibus*. Segun las leyes de la república.

³ *Exacerentur*. Se incitasen de nuevo.

⁴ *Legitimis quibusdam confectis*. Habiendo practicado algunas formalidades legales.

⁵ *Undecimviris*. Una junta de once hombres, á cuyo cargo estaba conducir los reos al cadalso ó suplicio.

in hoc¹ tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire : itaque a servis sepultus est.

XX.

TIMOLEON,

CORINTIO.

CAPÍTULO I.

Timoleon hace dar la muerte á su hermano Timófanes, el cual se habia hecho tirano de Corinto.

Timoleon, Corinthius. Sine dubio magnus, omnium iudicio, hic vir exstitit. Namque huic uni contigit quod nescio an ulli, ut et patriam, in quâ erat natus, oppressam a tyranno² liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio erat missus; inveteratam servitutem depelleret, totamque Siciliam multos annos bello vexatam, a barbarisque³ oppressam, suo adventu in pristinum restitueret. Sed in his rebus, non simplici fortunâ conflictatus est⁴; et, id quod difficilius putatur, multò sapientiùs tulit secundam quàm adversam

¹ *In hoc*. Modo de hablar de Nepote, por *in hunc*.

² *Tyranno*. Timófanes su hermano mayor.

³ *Barbaris*. Los Cartagineses en tiempo de los Dionisio mayor y menor.

⁴ *Non simplici fortunâ conflictatus est*. No fué igual ó uniforme, fué varia la fortuna que corrió.